

DIONNE

Diona, Dyone.

Com. de Sorbon, prope Rethel versus aquilonem, Dép. des Ardennes, Dioc. Reims.

Parthenon ortus anno 1130 per translationem sororum Sti. Martini Laudunensis. Confirmatus est anno 1135 a Reginaldo archiepiscopo Remensi, cuius successor Samson bona asceterii auxit. Nomina quinque priorissarum enumerat Hugo. Adhuc floruit anno 1223, sed paulo post videtur periisse⁴⁹⁾). Saeculo XVIII fuit curia abbatiae, iuribus feodalibus praedita.

Archivalia et Litteratura: vide Laon St. Martin, et HUGO I 611, prob. 43, 513/14 — WAEFELGHEM 76.

DORENG (St. Petrus?)

Doran, -rant, -renc, -rangt, rengt, -renk, Doreniacum.

Prope Guise, cant. Nouvion, arr. Vervins, Aisne, Dioc. Laon, nunc Soissons.

Ecclesia quae fuit data Praemonstrato anno 1155 a Burchardo de Guise. Semper fuit prioratus simplex, cum parochia a canonicis archicoenobii administrata. Saeculo XIII, ad tempus videntur ibi fuisse moniales, quod probatur ex insertione huius epochae in Ob. Praem. I die 24a nov; secus nullum vestigium invenimus de existentia huius asceterii. In diplomate Alexandri PP. III anni 1177, quo confirmatur Praemonstrato possessio „ecclesiae Sti. Petri de Dorene“ (HUGO I pr. 21) tamen siletur de sororibus, quod innuit, ecclesiam parochiale, cum prioratu, fuisse

⁴⁹⁾ E LEPAIGE p. 576 videtur patere, anno 1230 Dionam fuisse meram curtem, a fratribus habitatam. De sororibus non amplius fit mentio.



distinctum a parthenone. Forsan eo translatae fuerant sorores Clarifontis non longe distantis, de quarum sorte ceteroquin nihil scitur.

Litteratura: HUGO I 56 — WAEFELGHEM 78 — COTTINEAU 990 — MATTON *Dict. Top. Aisne* 94 — L. H. CATRIN, *Etudes historiques et statistiques sur Le Nouvion en Thiérache*, Vervins 1870, pp. 51/56 (nil scit de ascetorio).

D O R M A N S Sta. Crux

Sta. Crux super Dormanum, Vallis Christiana Dominarum.

Ad flumen Marne, inter Chateau Thierry et Epernay, Dép. Aisne, Dioc. Soissons.

Sorores Vallis Christianae sub abbatte Grimaldo (1142—78) translatae sunt in Stam. Crucem prope Dormans, auxiliante Theobaldo comite de Troyes. Guy de Garlande auxit bona ascetaria, quod saeculo XIII interiorit.

Litteratura: HUGO I 573 prob. 477/78 — WAEFELGHEM 254.

F O S S E M O R E Sta. M. Magdalena

Fossa Mora, -Mauri, Foussemore, La Madeleine, Maison Dieu de Fossemore.

Locus nunc desertus in territorio de Theil, in ripa fluentis Vanne, Dép. de l'Yonne, Dioc. Sens.

Xenodochium et hospitale, fundatum una cum abbatia Deilocis sat longe distanti. Moniales huius canoniae mox eo sunt translatae, ubi deinceps infirmos curaverunt sub directione magistri infirmorum. Initio saeculi XIV sorores adhuc ibi erant, sed medio eiusdem saeculi hospitale funditus est dirutum. Saeculo XV ibi est prioratus simplex, ab abbatia Deilocis dependens, cum capella, et fabrica ferraria celebri. Quae omnia canonica vendidit anno 1586, sed anno 1751 recuperavit. Nihil superest omnino de aedibus.

Archivalia: vide Dilo.

Litteratura: HUGO nescit, cf. tamen I prob. 504 — QUANTIN *Dict. Top. Yonne* 55.

G E N L I S Sta. Elisabeth

Genliacum, Genlys, Ganliacum, Jenly, Saincte Elizabeth de Genly.

In vico Villequier-Aumont, qui ante annum 1772 et annis 1791-1815 vocatus fuit Genlis. Dép. Aisne, dioc. Noyon, nunc Soissons.

Abbatia. Anno 1221 Hubertus de Hangest-Genlis, una cum uxore Elizabeth, fundavit ibi xenodochium, quod bis fuit translatum. Anno 1245 Joannes filius fundatoris adiunxit ei ecclesiam, et evexit hospitale in abbatiam canonissarum O. S. A., Congregationis Sti. Victoris, quae eodem anno obtinuit confirmationem regiam. Prioratus de Rouez, canonicorum O. Praem., de quo infra, non longe distabat. Anno 1422 communitas canonissarum O. S. A. est suppressa, et prioratus de Rouez translatus est in Genlis, et factus est dein praepositura Ordinis nostri sub tutela abbatis Cuissiacensis. Anno 1496 fit abbatia. Unum tantum habuit abbatem regularem, post cuius mortem omnes fuerunt commendatarii. Annis 1472, 1652 et 1653 devastata est. Reditus annui 4783 Librarum. Praeter parochiam loci nullas possedit ecclesias. Saec. XVII, cum se adiungeret Congregationi Antiqui Rigoris an. 1641, videtur pertinuisse ad Circ. Flandriae^{48a}). In dicta Congregatione pertinuit, ab anno 1689, ad Circariam Franciae. Anno 1768: 8, 1790: 6 religiosi. Annis 1778—87 erigitur novum monasterium, parcitur tamen ecclesiae gothicae. Suppressa est canonia anno 1790, religiosi per aliquot tempus potuerunt continuare vitam communem, sed anno 1791 venumdata sunt omnia. Ecclesia mox solo aequatur, pulchra fenestra gothica nunc ornat turrim ecclesiae parochialis loci. In monasterio erigitur fabrica sacchari, dein fit domus privata, quae anno 1917 in bello concrematur. Supersunt ruinae eius satis conspicuae.

Archivalia : Arch. Dép. de l'Aisne, Laon: H 862, 1086/1106 (21 fasc. cum 1077 documentis 1434/1789) — Sér. B, E, G cf. ISAD — Cf. Sér. Q, et E Suppl. t. V 282/86 — Coll. Piette, fasc. Villequier — Arch. N. Paris, Sér. G 8, 651 — BN Paris, Coll. Fleury, cf. BOUCHOT nr. 1359/60, 1362, 1364. Imagines saec. XVIII ibid. VII 21/23 — Arch. Dép. Somme, Amiens, 1 fasc. XIII/XVIII saec. — BMun Nancy 992 VIII 423/56 — BMun Soissons Coll. Périn I 3793.

Fontes et Litteratura : HUGO I 715, pr. 578/91 — WAEFELGHEM 211 *Cat. Chart. Coll. Her. Fr. Pic.* nr. 631 — COCHERIS II 421 — COLLIERTE III 449 — COMBIER 7, 9 — COTTINEAU 1271 — *Form. Pr.* nr. 282 — Gall. Chr. IX 1141 — LECESTRE 48 — LONGNON *Pouillés* VI 212, 213, 713, 782 — MATTON ISAD Aisne H III 161/63 — IDEM *Dict. Top. Aisne* 294 — MELLEVILLE 2a ed. I 38 — PERIN I 352, II 364/66, III — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr. cf. ind.* — *Anal. Praem.* VI (1930) 424 — B *Comité Ar Noyon* VII (Ser. Abbatum).

Series abbatum (Nisi aliter notetur: Gallia et Alm. Roy.)

Praepositi

J. de Thoisy 1421 — Petrus Maillot 1459—76

Petrus Grégoire 1453, † 1459 Jacobus Languier 1476—90

^{48a)} MARTIN, *Servais de Lairuelz et la réforme des Prémontrés*, Nancy 1893.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

A b b a t e s

Jacobus Le Pelletier 1496—1525
Joannes de Hangest res. 1525
Carolus de Hangest
Philippus de Rouvroy St. Simon
ca. 1544
Noel Cartier 1564—68 res.
Albinus d'Oigne 1568—76
Philippus de Goursay 1576—1615
Franciscus Bruslart 1619⁵⁰⁾
Carolus du Hamel 1617/33
Antonius du Hamel 1636/56⁵¹⁾

Carolus Bruslart-Genlis I 1665—67
Carolus Bruslart-Genlis II 1667—69
simul abb. in Joyenval
Petrus Franc. Bruslart-Genlis
1669—1701
Antonius Crozat 1702—10
Joannes Bapt. Crozat 1710—29
Joseph Segnier 1729—60
Ludovicus Maria Bruslart de Genlis
1760—61
Barthol. Lud. de Chaumont de la
Galaizière 1762—85 res.
Lud. Joseph d'Humières 1785—90

G E R I G N Y Sta. Catharina

de Gerineis, Geriniacum, Giriniacum, Gerigniacum, de Gireniis, Gerignies.
Com. de Rocquigny, cant. de Chaumont-Porcien, Dép. des Ardennes, Dioc.
de Reims.

Parthenon. Fundatus est tamquam curia abbatiae Cuissiacensis versus
annum 1130 a Godefrido comite de Chateau-Porcien, qui ibi intendebat
fundare abbatiam circa annos 1134/35. Quod propositum non successit;
religiosis revertentibus in abbatiam Cuissiacensem, quae illis substituit
sorores suas inter annos 1139 et 45. Anno 1159 inveniuntur ibi „fratres
et sorores“⁵²⁾, ex quo vero nondum liquet ibi fuisse verum monaste-
rium duplex. Postea (anno 1199?) Cuissiacum dedit Gérigny domino
Rogero de Rozoy, qui anno 1219 tradidit hanc domum abbatiae de
Chaumont (Circ. Floreffe), ei longe proximiori, a qua canonica abhinc
dependit. Primitus prioratus pro 4 canonicis, iam in fine saeculi XIII
vertitur in prioratum simplicem, qui anno 1696 unitur mensae conven-
tuali dictae abbatiae. Nunc est praedium.

Archivalia: Arch. Dép. de Reims, Fonds Chap. Métrop. Villaine L 1,
nr. 1 — Vide apud Cuissy et Chaumont.

Litteratura: HUGO I 727, prob. 592/95 — WAEFELGHEM 95 —
COTTINEAU 1276 — Gall. Chr. IX 564 — GOOVAERTS IV 29, 86, 171 —
ROBERT, Temp. Cl. Reims xxvijj — J. B. CARRE, Notice historique sur le

⁵⁰⁾ Arch. Dép. Somme, H XIV. Vide etiam supra apud Chartreuve.

⁵¹⁾ Ibidem. Vide etiam infra apud Moncetz.

⁵²⁾ HUGO I prob. 594. In documento quodam tardiori (ibid. 595) verbum fit de
„Dominabus conversis“.

prieuré de Gérigny au diocèse de Reims, avec plans et pièces justificatives inédites, Reims 1885 — D. NOEL, La Bse. Ermengarde de Roucy, première abbesse de Gérigny⁵³⁾ (B. Dioc. Reims 1872) — G. ROBERT, Le monastère double de Gérigny (Nouv. Rev. Champ, Brie VII, 1929, 56/58).

G U E - D E - L ' O R M E B. M. V.

Vadum Ulmi.

Com. de St. Martin d'Abbat, cant. de Chateauneuf s. Loire, Dép. du Loiret,
dioc. d'Orléans. Situm est in loco remotissimo.

Abbatia, cuius existentia per tredecim tantum annos duravit. Fundator eius fuit Guido de Garlande⁵⁴⁾, hostiarius regis Ludovici VII, petente probabiliter Manasse episcopo Aurelianensi, cognato suo, qui erga Ordinem Praemonstratensem specialem fovebat praedilectionem. Anno 1165, prioratus Vadi Ulmi, praefati Ordinis, obtinuit confirmationem pontificiam, cui regia est secuta biennio post. Nescimus, qua ex abbatia matre sit progressus, forte e Valle Christiana, cuius benefactor egregius erat dictus Guido de Garlande. Mox Vadum Ulmi varias possedit ecclesias, scilicet: Gué-de-l'Orme, Doulchamp, St. Nicolas de Lande, et St. Martin d' Abbat (prioratus). Occurrit Joannes prior annis 1166/68. Abbatia illustris Sti. Benedicti ad Ligerim, quae erat valde vicina,⁵⁵⁾ aegre tulit fundationem nostrae domus, et ideo est machinata contra illam. Intrusit ibi abbatem quendam Sevinum, qui anno 1169 promisit translationem communitatis in locum remotiorem, et unionem Vadi Ulmi cum abbatia Sti. Benedicti. Sed canonici ejecerunt abbatem illum intrusum, et machinationes cesserunt in cassum. Anno 1170, Vadum Ulmi est iterum prioratus, et quidem „absque pastore“. Bulla pontifica anni 1172 dicit hanc domum esse Cisterciensem. Quod vel fuit error, vel transitus ad dictum Ordinem fuit intentus tantum⁵⁶⁾, aut in proxim forte deductus, post breve tempus iterum irritus est factus, nam alia bulla, anni 1176, domum nostram dicit esse Praemonstratensem. Quidquid sit, abbatia haec tenuis videtur fuisse versata magno in discrimine, et anno 1178 communitas sua sponte, duce abate suo Simoni, se submisit abbatiae Sti.

⁵³⁾ Vide supra apud Cuissy. Non fuit abbatissa, sed priorissa.

⁵⁴⁾ COTTINEAU l. c. dicit eam esse fundatam a Sto. Norberto, quod est parum probabile.

⁵⁵⁾ St. Benoit-sur-Loire, sive Fleury, nuper Ordini suo restituta (v. COTTINEAU 2610)

⁵⁶⁾ Sevinus abbas ejectus postea reapse transiit ad Cistercienses, et factus est abbas in La Cour Dieu (JARRY l. c.).

Evurci Aurelianensis⁵⁷⁾ tamquam prioratum dependentem. Postea reduc-tus quidem in prioratum simplicem, substitut ad annum usque 1790. Nunc est praedium, superest maior pars capellae saec. XII.

Archivalia extant tantum tamquam copiae in cartulario dictae abbatiae Sti. Evurci: BN Paris Coll. Baluze vol. 78 fol. 72, 74, 75, ibidem MS Lat. 10 089 p. 485, 517, 519; MS 12 775 p. 19, 117 — BMun Orléans MS 562 f. 139.

Litteratura: Fontibus Ordinis est ignotum. — BEAUNIER BESSE I 383 — CatMSSBDép XII 248 — COTTINEAU 1357, 2790 — Gall. Chr. VIII instr. 517, 520 — LONGNON Pouillé IV 333, 247 — LUCHAIRE Louis VII 614, 617, 660 — JARRY, Résumé des documents relatifs à un procès entre le chapitre de Jargeau et le Prieuré de Gué-de-l'Orme, (BSAr Orléanais XI, 242/44) — IDEM, Histoire de l'Abbaye de la Cour-Dieu, de l'Ordre de Citeaux, diocèse d'Orléans, Orl. 1864, p. 42 — A. VIDIER, Ermitages orléanais au XIIesiècle, le Gué-de-l'Orme et Chappes (Le Moyen Age, 2e sér. X, 1906, pp. 57/96 et 134/56) — M. PROU/A. VIDIER, Recueil des chartes de l'Abbaye de St. Benoit s. Loire, Paris 1912, II nr. 193.

HERMIERES (B. M. V. et) Stus. Nicolaus

Hermeriae, -mariae, Ermeriae, -mières, -myères, -mieres. Armières, Ermières-en-Brie.

In solitudine sita in medio silvae et paludum, com. de Favières, cant. de Tournan, Dép. de Seine-et-Marne. Dioc. de Paris, nunc Meaux.

Abbatia. Fundata est, instigante Mauritio episcopo Parisiensi, a Reginaldo quodam viro nobili, auxiliante Aleyde, regina Franciae, inter annos 1159 et 66. Filia de Valsecret. Si fundationis tempus respicimus, vix possumus supponere, Hermerias fuisse initio monasterium duplex. Tamen legimus in obituario abbatiae vicinæ de Chelles: „Commemoratio fratrum atque sororum Stae. Mariae de Hermeriis“^{57a)}. Canonia, cuius insignis benefactor fuit Ludovicus VII rex, etsi esset modica, possedit parochiam Esbly, et prioratus simplices in Rennemoulin, Favières-en-Brie, Chatillon-sur-Brétigny, Dampmart, Courtry et Segret. Commissum est ei anno 1210 Hospitale SS. Trinitatis Parisiis, de quo infra suo loco. Reditus anni: 5595 Librarum. Status personalis 1766: 6 religiosi, quorum 5 residebant. 1783: 3 residentes tantum. Anno 1535 fit commendata. Hoc tempore tantopere fuit relaxata, ut Parliamentum Regium peregerit reformationem anno 1572. Abbas tenebatur comparere coram Synodos Diocesanas. A saeculo XVII canonia pertinuit ad Circa-riam Normanniae. Anno 1790 suppressa est. Domus abbatialis destructa

⁵⁷⁾ St. Euverte d'Orléans, canonici regulares O. S. A. (COTTINEAU 2139).

^{57a)} MOLINIER I 356.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

est anno 1846. Ecclesia, quae fuerat gothica, tunc adhuc existebat profanata in horreum, sed postea pariter est eversa. Aedes conventuales, versae in castellum, anno 1950 corruerunt, et dein solo sunt aequatae. Hodie dum nihil amplius superest.

Archivalia: perierunt fere omnia. Arch. Dép. de Seine-et-Marne, Melun, 1 fasc. (H 136/38, et 838, 2 parva registra, et 9 documenta ex annis 1742/92 — Ibidem de prioratibus Chatillon G 384, Country G 389, Favières G 391 — Cf. Sér. Q — BMun Nancy 992 IX 29/46.

Fontes et Litteratura: HUGO I 821, prob. 648/51 — WAEFEL-GHEM 113 — BEAUNIER BESSE I 66/67, 171 — CHEVALIER 1417 — COTTINEAU 740, 903, 945, 1064, 1113, 1407, 2444 — DARAS ANF 62 — DOUET D'ARCQ III 8241, 8756/58 — FELIBIEN I 74 — FISQUET *Paris* II 571/74 — *Form. Pr.* nr. 318 — *Gall. Chr. Vet.* IV 513/14, *Nova* VII 939/43 — GOOVAERTS II 28, IV 308 — GUILHERMY 399/400 — ISAD Seine-et-Marne Sér. B 58, 231, 724, C 355, E 881, 886, 955, 1253, 1646, H 838, Suppl. 97, L I 76/77, 82, 91, 104 — JAFFE 14 903 — LEBUEUF V 346/50, cf. ind. — LECESTRE 47 — LONGNON *DocChBr* II et III cf. ind. — IDEM *Pouillés* IV cf. ind. — MIGNE PL t. 210, c. 1220, t. 204, c. 1284 — MOLINIER Sens I 635 — OLIM III 452 — *Ord. Rois de Fr.* VII 145 — PRESSUTTI 2254, 2260, 2289, 3913, 5526 — RAMACKERS *Urk Nancy* 132 — STEIN/HUBERT (vide Chambrefontaine) 290 — VALVEKENS, *Doc. Prém.* I 203 — DELAFORGE (v. Chambrefontaine) p. 12 — A. BESOUL, *Recherches historiques sur la commune de Favières-en-Brie, l'Abbaye d'Hermières . . .* 6 voll. Melun 1886/91, I 32/41, II 75/78, III 135, 138, VI 12/13, 29, 38 — M. GUERARD, *Cartulaire de N. D. de Paris*, Paris 1850, IV cf. ind. p. 274 — T. LHUILLIER, *Favières, (Alm. H Seine-et Marne*, pp. 131/36) — L. MICHELIN, *Essais historiques sur le Dép. de Seine-et Marne*, s. l. et d. pp. 546/50 — *Répertoire numérique de la Série H, des Arch. Dép. de Seine-et-Marne*, Melun 1939, pp. 60/64.

Ser i e s a b b a t u m (FISQUET, emend. sec. BESOUL)

Robertus 1160/83	Fastradus de Harvengt 1271 ⁵⁸⁾
Garnerius 1192	antea abb. in St. Feuillien
Thomas 1204/10	Milo 1278/94
Robertus 1214/21	Gulielmus 1295/97
Thomas de Montmorency 1223/47	Simon 1306
Gulielmus 1261/63	Laurentius 1336, 1348
Joannes de Rozoy 1265 - res.	Joannes -1363 ⁵⁹⁾)

⁵⁸⁾ *Gallia Chr.* III 199.

⁵⁹⁾ *Rég. Clément* IV nr. 317

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Joannes David 1363/68 ⁵⁹⁾ simul abb. in Joyenval	Franciscus de la Grange-le-Roy 1588—97
Joannes Coldoé 1380-96	Franciscus Favier 1597 nominatus a rege
Joannes Berelle 1396-1400	Claudius Regnault 1597—1641 bullatus a S. Pontifice
Joannes -1406	Joann. Bapt. Amador de Richelieu 1644
Adam res. 1438, † 1440	Jacobus Carolus Amelot 1650
Joannes La Vache 1438-, 1447	Joannes Franc. Raimbert 1690
Matthaeus Roussel † 1463	Carolus Amelot 1700
Joannes Richard 1487 ⁶⁰⁾ , -1501	Edmundus Pirot —1714
Andreas Richard 1501-04	Carolus Stephanus Fresson 1714—40
Joannes I. du Saussay 1506-21	Jacobus Michel 1741—64 res.
Joannes II. du Saussay 1521-33	Maria Eugenius de Montjouvent 1764—84
Joannes Bernard de Ruthies 1535/38	Thomas Hardouin de Williamson 1784—90
Robertus Tiercelin 1557 ⁶¹⁾	Inseri nequit:
Gulielmus de la Chesnaye 1559	Petrus 11.. vel 12.. (Necr. de Faremoutier, die 26a dec.)
Joannes Boucher 1568	
Petrus Turbot 1577	
Moises Vaillant 1580	
N. Garot 1588	
Ludovicus de Lorraine, Card. de Guise 1588	

JAVAGE B. M. V.

Javagia, de Javagiis.

Com. de Faverolles, Arr. de Villers-Cotterets, Dép. de l'Aisne, Dioc. Soissons.

Parthenon ortus ante annum 1148 per translationem sororum Vallis Serenae. Dotatur a Gilberto Vacca, et a Radulpho comite de Vermandois. Memorantur sorores annis 1160 et 1172. Saeculo XIII probabiliter interiit. Nunc est praedium, in horreo quodam supersunt residua capellae.

Archivalia et Litteratura vide Valsery. Specialia: HUGO I 863, prob. 660/61 — WAEFELGHEM 129 — COTTINEAU 1479 — Gall. Chr. IX 486 — MICHAUX (vide Clairefontaine) 159.

⁵⁹⁾ Rég. Clément IV nr. 317.

⁶⁰⁾ ISAD Seine-et-Marne E 886.

⁶¹⁾ VALVEKENS, Vis. Can. II 15.

L A O N St. Martinus

Sti. Martini Laudunensis, -ad Campos Laudunenses. St. Martin de Lauon, -Loun, -Lan, -Laon.

In civitate Laudunensi, quondam sede episcopali. Nunc Dioc. Soissons. — Dép. de l'Aisne.

Abbatia praeclara, secunda ex quatuor proto-abbatis Ordinis, et ideo secunda in dignitate post Praemonstratum, cuius filia erat. Ecclesiola Sti. Martini extra muros civitatis Laudunensis antiquitus fuerat servita a clericis saecularibus, quibus Bartholomaeus de Joux, episcopus loci, canonicos substituit regulares anno 1112. Stus. Norbertus in vanum operam dedit reformationi huius communitatis anno 1118. Anno 1124 dictus Bartholomaeus, fundator archicoenobii, et benefactor Ordinis egregius, tradidit illi ecclesiam Sti. Martini, ea sub conditione, „. . ut sicut ille locus ab antiquo in manu nostra (scil. episcoporum Laudunensium) extiterat, et nunc in nostra successorumque nostrorum remaneat“. Norbertus illi praeposuit in primum abbatem Gualterum, cuius sanctitate et providentia canonia ita effloruit, ut Joannes Comnenus, Imperator Constantinopolitanus, illi transmiserit pretiosam reliquiam Stae. Crucis, petens simul fraternitatem Ordinis et monasterii; et Alphonsus rex Lusitaniae postulaverit religiosos ab abate Gualtero ad fundandam canoniam in longinquuo suo regno. Praeter illam abbatiam (S. Vicente de Lisboa) sequentes paternitatem Sti Martini recognoscabant: Koscielna Wies-Breslau, Corneux, Lac de Joux, Casedieu, Saleghem-Drongen, Valchrétien, Lavaldieu, Vicogne, Thenailles, Marienweerd, Parc, Mont St. Martin, Licques. Abbatia, quae forsan dedit Ecclesiae unicum suum Papam Praemonstratensem⁶²⁾, obtinuit confirmationes pontificias annis 1131, 1138, 1144, 1147, 1156, 1164 et 1222, regias vero annis 1138 et 1294. Moniales translatae sunt in Dionne, de quo vide supra⁶³⁾. Abbates Sti. Martini, qui ab anno 1392 fuerunt infulati, habuerunt jus praesidendi electioni Abbatis Generalis, cuius vices gerebant sede vacante; custodiebant secundam clavem sigilli Ordinis, et erant visitatores nati archicoenobii. Quae jura post multa litigia sunt definita anno 1286. Capitula Generalia saepeius celebrata sunt apud Stum. Martinum, ita annis 1477, 1498, 1543 et

⁶²⁾ Gregorius VIII anno 1187. Eum fuisse Praemonstratensem, manet dubium. Vide *Anal. Praem.* IX (1933) 335, et PETIT, *Spiritualité* 82.

⁶³⁾ Extitit aliud asceterium sub directione abbatis Sti. Martini, videlicet in Plesnoy, ubi intravit filia Radulphi de Roucy anno 1181 (LELONG 613). Probabilius erat curia tantum.

1577. Anno 1502, ex decreto Capituli Generalis, instituitur in abbatia carcer pro toto Ordine. Ecclesiae incorporatae, et partim administratae: Micy, Pont-à-Bussy, La Lobe, Inomont, Arnicourt, Hoignon, Renneville, Saumoussy, Laon St. Eloi. Dotatio tenuis aucta est per reges Ludovicum VI et VII, ita ut postremo redditus eius fuerunt 73000 Librarium (mensae abbatialis 35000, conventionalis 38000. Separatio peracta est anno 1650). Anno 1136 iam ibi vixerunt 500 religiosi, 1766:18 residentes et 9 ad extra, 1790:15 residentes. Annis 1545—65, et 1645—1790 fuit commenda. Episcopi Laudunenses anno 1728 a rege, et anno 1730 a Curia Romana obtinuerunt unionem abbatiae cum Sede sua Episcopali, ea sub conditione, ut episcopus quotannis teneretur solvere 6000 Libras pro Collegio Parisiensi Ordinis. A saeculo XVII pertinuit ad Circariam Prémontré. Anno 1790 suppressa. Ecclesia, quae est pulchra nimis (saec. XII/XIII) facta est parochialis, canonica vero hospitale municipale. Ita mansit usque ad annum 1940, quo omnia igne sunt combusta praeter domum abbatialem. Ecclesia nuper restaurata est in statum pristinum.

Archivalia monasterii partim supersunt in Arch. Dép. de l'Aisne, Laon H 871/974 (201 fasciculi, ex quibus 871/73, id est cartularium an. 1773, 3 voll. et 896 combusti sunt bello peracto) Aliud Cartularium est in BMun de Laon, MS 482, et Index Conciliorum Communitatis MS 530 ibidem. — Pariter canoniam tangunt Arch. Dép. Laon B 1108, 1246, 2619, 3446, 3558, 3569, 3662/63, E 33, 59, 473, G 37, 55, 393/95, 527, 529, 575, H 121, 1603, 4 Q 1—3 — Ibidem Coll. Piette, fasc. Laon — L'ELEU I 477, 493, 629, II 422, 721, 739 — Arch. N. Paris L 347, L 997 — Ibidem coll. Moreau t. 48, p. 107, t. 57 p. 235, t. 74 p. 31, t. 77 p. 147, t. 85 pp. 15, 80, t. 86 p. 101, t. 122 pp. 2, 133, t. 154 p. 76, t. 169 p. 127, t. 175 p. 14 — Coll. Baluze 51 f. 128 — BN Paris Coll. Picardie — Ibid. Coll. Fleury, cf. BOUCHOT nr. 389/415. — Chron. Anonymi Laudun. (BN Paris MS Lat. 5011) f. 134, 135 — BMun Nancy MS 1758 (= 992 XI) 301/39; 1775 ff. 175/227 — Cartul. de Foigny, BMun Reims MS 1563, passim — BMun Soissons, Coll. Perin I 1548, 1633, 1645, II 4888, 5297, 5303, 5355, 5447, III 67, 1112, 1467, 2277, 2281, 2430, 2706/07, 6111.

Fonteret Litteratura: LAIRUELZ 699 — LEPAIGE 445, 507, 574/79 — HUGO I 57, pr. 42/50 — WAEFELGHEM 238 — BERGER cf. ind. 371 — BOUTARIC II 734 — BREQUIGNY cf. ind. — Cat. Chart. Coll. Her. Fr. nr. 195, 425 — Cat. Fact. I 244, 284, III 122 — CatMSSBDép XXXVIII, XXXIX 2, XLI cf. ind. — CHEVALIER 2731 — COTTINEAU 1560, 2447, 3427 — DARAS 65 — DELISLE CAPhAug 219 — IDEM Roul. 417, 466 — DEMAY Flandre 6760, Picardie 1324 — DUPLESSIS Hist. de Coucy (v. Prémontré) pr. p. 136 — FLEURY III 166/70, V 107/08, 174/77, 194 — Form. Pr. nr. 11, 31, 119, 127, 264, 335 — Gall. Chr. vet. IV 624/26, N. IX 662/68 — GOOVAERTS I 26.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

34, 57, 110, 131, 138, 162, 173, 263, 289, 295, 496, 512, 583, II 34, 40, 344, 417, III 168, IV 84, 85, 132/35, 153, 266, 276 — HARDICK (vide supra I 145) p. 7 — JAFFE 7467, 7877, 8615, 9038, 9244, 9956, 11 148, 11 455, 11 497, 12 195 15 408 — d'HOOP *Inv. Brab.* III 339 — LAUER II 565 — LAUNOIUS *Opera Omn.* V 465, 542, 606 — LECESTRE 47 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — *Lettr. com. Urbain VI* 1423 — LONGNON *Pouillés VI* cf. ind. — MARTENE/DURAND *Voy. Litt. II* 47 — MARTIN *Essai Hist.* (v. Chaumont) I 254/57, 261, 283/85, 289, 300/04, 383 — MATTON *Dict. Top. Aisne* 248 — MELLEVILLE 2a ed. I 38, 64, II 64, 326 — MIGNE PL t. 156 c. 993, 1183, t. 179 c. 89, 349, t. 180 c. 1210, t. 186 c. 9, t. 216 c. 198 — OLIM VII 69 — *Ord. Rois de Fr. IX* 440, X 144, 366 — PERIN I 140, 144, 149, 151, II 126, 131/35, 137/39, 149, III 176, 179, 187, 188, 204, 224, 225 — PICOT 349 — POTTHAST 166, 3918, 6854, 11 360, 11 589, 11 817, 15 062 — PRESSUTTI 1851, 4030 — RAMACKERS PUF IV cf. ind. 535 — *Rec. Actes du Clergé IIII* 975 sq, VI 390 sq. — *Reg. Ben. XII* 947, 1090, 1377, 2864, 8695 — *Reg. Bonif. VIII* 1295, 1299, 1533, 1871 — *Reg. Hon. III:* IV 187 — *Reg. Leon X* 3822 — *Reg. Urbain IV* 86 — SARS V 550/94 — STEIN 1868 — *Suppl. Clém. VI* (AVB) cf. ind. — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — VIOLET LE DUC IV 293/94, VII 165/67 — *Lettr. Clém. VI* (AVB) nr. 743, 1255, 1760 — ISAD *Aisne Ser. H* III 127/48 — *Baldini Ninivensis Chron.* MGH SS XXV 527 — *GUIBERTI Novigenti Opera* (Paris 1651, ed. L. d'ACHERY) pp. 832/34 — *Vita Norberti* MGH XII 690 — *Ex HERIMANNI de Miraculis S. Mariae Laudunensis Libri III,* MGH XII SS, pp. 653/60, et MIGNE PL CLVI c. 991, 993 — *ROBERTI can. Sti. Mariani Chronicum* MGH SS XXVI 230/31 — SIGEBERTI *Continuat. Praem.* MGH SS VI 449 — *Nouv. Rev. Champ. Brie* VII (1929) 104 sq. — A. BIVER, *L'abbaye royale de St. Martin de Laon, des origines à l'union à l'évêché*, (position des thèses de l'Ecole des Chartes, Paris 1912. Non publicatum, copia in Coll. Boschmans, Arch. Abb. d'Averbode) — IDEM, *Les écrivains et artistes de St. Martin de Laon, la bibliothèque de l'abbaye* (BSH Haute Picardie IV, 1926, pp. 107/15) — L. BROCHE, *L'église St. Martin* (Congr. Arch., Caen 1912, 225/39) — J. DEVISME, *Histoire de la Ville de Laon*, Laon 1822 — M. A. FLORIVAL, *Etude historique sur le XIIe siècle: Barthélémy de Uir*, Paris 1877, pp. 273/404 — C. GOMART, *Notice sur St. Martin de Laon*, in: *Et. St. Quentinnoises IV* (Laon 1869) 1/48, et *BSAc Laon XVIII* (1866/68) 121/66 — E. HAROT *Armes de l'Abbaye et des abbés de St. Martin de Laon*, s. l. 1926 — de LANCY, *Historia Fusniacensis coenobii* (Bonnefontaine 1670) p. 71 — LEQUEUX, *Antiquités religieuses du diocèse de Soissons et de Laon*, Paris 1859, I 293, II 81 — A. MATTON/V. DESSEIN, *Inventaire sommaire des Archives Communales de la Ville de Laon*, Laon 1885, AA 1, CC 406, FF 33 — M. MELLEVILLE, *Histoire de la Ville de Laon et de ses institutions*, Laon 1846, I 143/51, II 86, 115/17, 242, 245/47 — A. RICHART, *Mémoires sur la Ligue dans le Laonnois*, Laon 1872,

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

pp. 14, 15, 29, 34, 65, 71, 352, 362, 457, 486 — M. de SARS, *Un confesseur de la Foi, Etienne Joseph de la Fare, évêque duc de Laon*, BSAC Laon XXXIV 1912, pp. 103/05, 111 — cf. ibidem XIX (1869) 67/74.

Ser i e s a b b a t u m (HUGO, emend. sec. GOMART)

Galtherus de St. Maurice 1124—51	Joannes 1286—
Garinus 1151—71 antea abb. Viconiens.	antea abb. Clarifontis
Bartholomaeus de Mons 1171/79	Milo de Curigny 1294/1324
Galterus Testard 1180/86 ⁶⁴⁾ res. antea abb. in Riéval	Joannes de Chatillon 1329—33 postea abb. Praemonstratens.
Ticelinus 1188/89	Joannes de Bruyères 1340—45
Wido de Epernay 1189/91 antea abb. in Cuissy	Joannes de Maubeuge 1345/46
Aegidius de Marsy 1191—	Bertrandus de Rozoy † 1358
Hugo 1193—97 ⁶⁵⁾ antea abbas in Cuissy	Joannes Benoit de la Fère 1358—92
Oylardus de Dommartin 1197—1204	Joannes Vairet 1392/1426
Wibertus 1204/07 antea abb. in Braine	Balduinus de Braine —1446
Raynaldus de Ribemont 1207/14	Petrus du Pont 1447—61
Galtherus du Val-le-Roy 1214—28	Jacobus Lenoir ca. 1465—, † 1485
Joannes de Saisincourt 1229—42	Joannes Poulaillier 1485—1522
Galtherus de Douai 1243/45	Joannes Boucquet 1523—26
Joannes 1245 antea abb. in Clairefontaine	Adrianus Pelletier 1527—30
Joannes de Béthune —1248 forte idem ac praecedens	Amatus de la Fontaine 1530—45 antea abb. in Cuissy
Gerardus de Fastieux 1248—54	Card. Robertus de Lenoncourt 1545—48
Joannes de Renneville 1254—58	Card. Carolus de Lorraine 1548—65
Joannes de Burcy † 1261	Antonius Visconti 1565—88
Petrus de Pétrigny 1265	Bernardus Potier 1590—1605
Wilhelmus de Marle † 1269	Claudius Bazin 1605—11
Joannes d'Estrées 1279/86	Nicolaus Le Saige 1613—45
	Card. Julius Mazarin 1645—61
	Card. Franc. Mancini 1661—72
	Franc. de Clermont-Tonnerre 1672—1701

⁶⁴⁾ Arch. Dép. de l'Aisne H 121.

⁶⁵⁾ Cat. Chart. Coll. Her. Fr. Picardie nr. 425.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

abhinc episc. Laudunenses:	Card. J. F. J. de Rochechouart 1741—77
Ludovicus de Clermont de Chaste 1701—21	Ludov. H. de Sabran 1778—90
Carolus de St. Albin 1721—23	Nota. Saec. XIII abbas quidam huius
Jos. Stephanus de La Fare 1723—41	coenobii transfertur ad Stum. Alexium Romae (<i>Form. Pr.</i> 31).

